Jesu Christi Evangelia Sacramento firmavit, ad-
diditque conservationem tam Unitos quam disuni-
tos penes Iura utriusque partis; In felici vero
Coronatione extradito Privilegio Immunitates
Unitorum, quasi muro obvallavit eos. Non
vanis nitimur libertatibus, dum Lege consensu
trium Ordinum fabricata producimus nefas
proinde illa violare eo quod iurata fides totius
intercedit Reipublicae.

Sed esto consentiat Respublica in ruinam nostram;
Brevi videbunt Ill.mae DD. VV. circa Ukrainam
Cosaccorum, tam in magno Ducatu Lithuaniae
quam in Polonia.

Revocent sibi tempora rebellis Chmielnicky, ut primum
insonuit Cantilena Schismaticorum in illis ter-
ris = Pro fide filij, pro fide dimicemus. Quanta
proh Deus Immortalis effusio sanguinis, Rei-
publicae clades, Templorum devastatio, Unitorum
caedes subsequuta. Nondum obductae Cicatrices
vulnerum unitis Ill.mae DD. VV. Lithuanis,
Poloniae, Ukrainae, Scismatici, Rebellesque ducti
opprimunt Remp.cam Caveant mihi, nec Ill.mae
DD. VV. poterunt commode in Senatu sedere imo
notabiliter coarctabuntur; Quartus for-
matur ordo Nobilitatis et Cosaccos Senatoria
pro suis Ecclesiasticis requirunt Dignitatem,
sequitur, disunitos fore arbitros, ac Judices
Unitorum, et quod vehementer Ill.mis DD. VV.